GREGORIUS MAGNUS
Zwettl, um 1200
Seite 22v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31655
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

carne potuisse mori credidérunt. Cui quasi plus honoris conantur tribuere cogunt laudes uerae bonitatis illius negare. Quid enim ei est in caritatis suae laude potentius? quin ut illa sibi per nobis digna adsit susceptionem faceret. quae ei uideantur indignae? Sed ad ecclesiam uerae carnis uerae mortis illi confitetur. Et haec dicens arrogare dominum ecclesiae abhaereticis credit. Unde nunc dicit. Et mutaris linguae blasphemantium. Cum si quid in hoc mundo aduersitatis euenerit hoc ei eruingere ex ipsa hac inuria confessionis suae dicunt. Unde adhuc subdit. Condempnabit te os tuum et non ego. et labia tua respondebunt tibi. Quia enim ex errore confessionis exsultima mala aduersitatis erumpet. labia sua ei asserunt respondere. ut culpa eloquii sit causa flagelli. Aliquando dominum eam comprimere quasi rationantes uolunt. Vnde elyphaz beatum iob reprehendere qui ex ratione conatur dicens: Numquid tu primus homo natus es. et ante colles formatus? Numquid cum illum di audisti. et inferior te erit eius sapientia? de si uerbis apriori dicat. Qui de aeterno loquaris. pensa quam temporalis es. Qui de eius sapientia disputas. pensa quia ei consilium ignoras. Sed quia ad hoc heretici uerba diuinae defensionis assumunt. ut doctiores uideantur. et dum diuinam defendere uidentur suam scientiam hominibus innotescunt. ipsa hoc elyphaz subiuncta uerba testantur. qui loqui quidem de sapientia dei cepit. sed statim ad sua elationem ceciderit dicens. Quid nosti quod ignoremus? Quid intelligis quod nesciamus? Quae uidelicet dicta patenter ostendunt. ex qua mentis elatione procedent. quod ad defensionem sonat. SEQVITVR. Et senes et antiqui sunt in nobis. multo uetustiores quam patres tui. Quia omnis heretici a sancta uniuersali ecclesia sunt egressi. testatur iohannes qui ait. Ex nobis exierunt. sed non erant ex nobis. Sed ut ea quae asserunt commendare stultis mentibus hominum quasi de antiquitate possint. antiquos patres se habere testantur. atque ipsos doctores ecclesiae suae professioni magistros dicunt. Cum praesentes praedicatores despiciunt. et de antiquorum patrum magisterio falsa praesumptione glorientur. ut ea quae ipsi dicunt etiam antiquos patres tenuisse fateantur. quatenus hoc quod ex rectitudine astruere non ualent. quasi ex illorum auctoritate confirment. Quia uscriptum est quem diligit dominus castigat. Flagellat autem omnem filium quem recipit. sepe sancta ecclesia in hac uita multis aduersitatibus laborat. et reproborum uita tanto sine flagello dimittitur. quinto ad nulla poenia seruat. Sed afflictionem sectae ecclesiae uidentes hereticae eam despiciunt. et tot ullam flagellis attrici ex praue professionis merito suspicantur. Unde adhuc subditur: Numquid grande est ut elolet te deus? Sed uerba tua praua hoc prohibent. de si patenter dicat. Si professionem fidei corrigeres. iam dudum elolationem